




**Demonstratio antithesis, seu, Repugnantiae thesum
Repetitionis & Doctrinae Iacobi Andreeae, De persona Christi,
ex ipsismet illius thesibus collecta,**

<https://hdl.handle.net/1874/431510>



Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)

More information on this collection is available at:


<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:


- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

18
A 20
C.
Sacer.

F. oct.
295









Miscellanea Theologica

Octavo n°. 295






DEMONSTRATIO
ANTITHESIS, SEV
REPUGNANTIÆ THESIVM
Repetitionis & Doctrinæ Iacobi
Andreae, De persona Christi, ex
ipsissimis illius thesibus collecta,

Per

LAMBERTVM DANAEV.M.



ex dono Burchely
LVGDVN NI BATAVORVM.


ANNO

M. D. XXCI.



DEMONSTRATIO

VITIATIONIS
ET THERAPEUTICAE
METHODICAE TRACTATI
IN PRACTICIS MEDICOIS
VITIIS, DISEASES, CUREIS,
PRACTICIS MEDICOIS



BY JAMES DAWSON

LAEGDANT SATANICAM

ARM

1742. 1743.

Ad Lectorem.

Benevolē Lector, Liber la-
bobi Andreæ Sueui, cui nunc
hoc breui scripto respondemus, titu-
lum sed falsissimum, hunc habet,
Repetitio sanæ doctrinæ Reuerendis-
simi in Christo Patris D. D. Martini
Lutheri De persona Christi &c.

Neque enim istius repetitionis
theses ex Martini Lutheri, sed ex
Martini Kemnitij Brunsuicensis
Pastoris (qui etiamnum viuit) Lib.
De duabus naturis in Christo &c.

Decerptæ sunt & ad verbum de-
scriptæ, quemadmodum ex utriusq;
scripti collatione facile cuius appa-
rebit. Quamobrem fucus est &
præstigiæ, quas Iacobus iste glande
Saxonica faburratus facit simplici-

4

oribus, dum speciosam nominis
Lutheri appellationē suis alienisq;
Libris præfigit: & tota hæc scriptio
verè ab eodē Repetitio nominata
est, quæ nihil nisi ὑπόξενον habet. Nos
autem, qui, pro nostro in Dei eccl
siam studio, hominem istum ex
Solomonis præcepto Proverb. 27.
vers. 17. acuere, & in posterum
prudentiorem in scribendo reddere
volumus, trecentas ipsius theses seu
repetitiones, in has quinque classes
breuiter diuisimus, nimirū in theses
obscuras, falsas, ἀσυνάταχτas, ἀντιθέσεis &
ineptas, quas tibi proponimus. Tu
vero æqui boniq;, candide Lector,
hanc operam nostram consule,
& sine præiudicio ullo hæc lege.

Vale.



PRIMA CLASSIS THE-
SIVM SEV REPETITIONVM
IACOBI ANDREÆ.

Obscuræ Theses à Jacobo Andreæ

*Magistro in Israel propositæ, ad inuoluendam vera
doctrinæ de duabus in Christo naturis lucem...*

Thesis 4.

HST autem fides recta, ut credamus
& confiteamur, quia Dominus no-
ster Iesus Christus, Dei filius, Deus
& Homo.

D A N A E. Non Dei filius Deus & homo
est: sed idem, qui Dei filius est, & homo est.

II. Nam sicut anima rationalis, & caro, unus
est homo: ita Deus & homo unus est Christus.

D A N. Tò Sicut, obscurum est, ne Apolli-
nistarum errori fauisse videatur Iacobus. Ita-
que fuit explicandum.

12. Vnigenitum in duabus naturis,

13 D A N. Planè obscurum genus dicendi, Nec
enim Christus in duabus naturis est vnigeni-
tus: imò qua vnigenitus est Christus, est dun-

taxat Deus: sed qui est vnigenitus, assumpta humana natura est nobis manifestatus Ioan. 1. verſū 14. Est enim Christus Deus in carne manifestatus 1. Timoth. 3. verſ. 16. Ergo fuit explicandum quid iste ſibi vellet his verbis *Vnigenitum in duabus naturis*, præterim quum expreſſè diſpuſtionem ſeu comma vocinaturis addiderit.

44. Rectius ergo sancti patres & Ecclefia primitiua ac purioris Doctores, qui vniōnem hanc admirandam Naturarum in Christo, quæ vnum ὑφισάμενον cōſtituat, vocabulo *κονωνίας* ſeu communicationis explicarunt, qua *Divinitas dare*, & *Humanitas accipere dicantur*, quorum utrumque ad constitutionem vniōnis personalis per ſe, requiritur.

D A N. Effectum pro cauſa perperam eſt hīc pofitum, Eſt enim hāc *κονωνία*, per quam aliquid datur à natura diuina, & ab humana accipitur, hypostaticè naturarum in Christo vniōnis effectum, non cauſa, vel forma. Nec eam uſquam pro definitione iſtiuſ vniōnis posuerunt patres, vel hiſ ipſiſ teſtibus, quos in margine citat Iacobus, ſed pro conſequente tantum huius vniōnis ſeu pro effecto. Id quod ipſe inf. Thes. 71. maniſtissimè agnoscit & Thes. 89. ſibi aduersatur.

45. Eam quisquis negauerit, teſte Theodo-
ro

ro Presbytero & Suida, cum Samosateno hæreseos damnatur, qui contendit τὰς δύο φύσεις πρὸς ἑαυτὰς παρτάπατιν ὀκονωνήτης εἶναι, hoc est, naturas omnimodo incommunicabiles esse.

D A N. Vertendum fuit, ut mens Samosateni explicaretur, naturas omnimodo inunibiles esse.

50. Hac autem nihil obstante differentia, Vera & realis minimèque verbalis, ficta aut imaginaria, in hac vnyione sit naturarum communicatio.

D A N. Si verbalem communicationē opponit ficta nobiscum sentit. Quemadmodum enim non est ficta vnio naturarum in una illa Christi persona: sic non est ficta aut imaginaria communicatio vel prædicatio. Qualis enim est vnio, talis est prædicatio. Sed quemadmodum per istam vunionem non est Deitas Christi facta ipsa humanitas: ita neque essentialia Deitatis re ipsa sunt cōmunicata humanitati, vel ab ea participantur.

79. Quādo igitur idiomata seu propria Diuinæ naturæ, de filio hominis prædicantur, & è contra propria humanæ naturæ, de filio Dei dicuntur, id per nouaricav id iωματων, hoc est, per communicationem idiomatum fieri. S. patres & Ecclesiæ purioris Doctores dixerunt.

D A N. Vel obscura est, vel falsa hæc thesis

Iacobæa. Nam si per hæc verba: *Filium hominis,*
 vel *filium Dei* intelligit personam Christi (id
 quod fieri solet) falsum est omnino quod h̄c
 ait, *Naturæ unius propria prædicari de persona*
per nouovitatem idem dicitur. Sin per easdem illas
 voces de *Filio Dei*, & de *Filio hominis* naturas ip-
 pas videlicet Diuinā & humanā significat, fuit
 isti Theologo aliter loquēdum & scribendum,
 sic nimirum: *Quando unius naturæ propria de altera*
naturæ per verba concreta prædicantur, veluti propria
naturæ Diuinæ Christi, de natura humana ab eo as-
sumpta. Sed istius farinæ homines, ut rem ipsam
 facilius postea confundant, omniāque in hac
 disputatione susque deque habeant, voca-
 bula ipsa (qua prudenter & distin-
 xerunt & obseruarunt ortho-
 doxi patres) primū
 confundunt &
 perturbāt.

S E

9



SECUNDA CLASSIS

THESIVM IACOBI ANDREAE
EX LIBRO *Repetitio Doctrinae.*

Theses false ex ijsdem Iacobi Andreæ thesibus ad verbum desumptæ.

Thef. 9.

VNUS autem non conuersione Diuinitatis in carnem : sed assumptione humanitatis in Deum.

16. Cum enim dicitur: quod Iesus Christus Dei & Mariæ filius, sit verus Deus & verus homo, duabus naturis Diuina & humana constans: non sic accipiendum est, quod Natura Naturam assumpserit, alias enim tota Trinitas incarnata diceretur.

D A N. Hoc à Scholasticis sumptū non intelligit Iacobus, licet vulgare tamen & tritum in Scholis. Falsa est enim ista consecutio. Sed idcirco docent & quidem rectè, Scholastici, nō à natura naturā in Christo assumptionem fuisse, ne natura illa assumens tum demum persona esse intelligatur, postquam humanam naturam sibi vniuit. Itaque ipse met inf. Thef. 62. ut non intellectum repetit.

38. Et nequaquam redigeretur in nihilum humana Christi natura, si à λόγῳ non hoc modo vel geraretur, vel sustentaretur.

39. Quemadmodum enim nulla coactione, sed liberrima voluntate & mera misericordia ὁ λόγος Naturam humanā in unitatem suæ personæ assumpsit: ita eandē quoque, *Si rellet deponere posset* (quod tamen in æternum non est facturus, si quidem naturam quam semel assumpsit, nunquam amplius deserit) at non propterea statim in nihilum redigeretur, sed excepto peccato nobis similis esset. Qua ratione autem Saluator humani generis esse non potuisset: sed quæadmodum Lutherus inquit, ipse saluatione indigeret.

46. Hinc adeo factum est, ut Ecclesiastici scriptores, ante synodū Chalcedonensem, vocabulis κοινωνίας, ή ἐνώσεως, Unionis & communicationis, pro ijsdem in hoc mysterio usi sint. Ideoque diligenter ab illis seductoribus cauendū, qui in explicatione vniōnis personalis, vocabulis cōbinationis & conglutinationis (verknopfung und verbindung) ita usi sunt, ut simul realem naturarum & proprietatum communicationem negarent.

56. Siquidem ex anima & corpore, quædam tertia essentia, quasi ex duabus partibus, composta est, quæ se inuicem perficiunt.

D A N. Aut ieunus iste & minutus philosophus

phus in Mahumetistarum Arabumq; Peripateticorum Auerrois & similiū sententiam pendibus it: aut falsò scribit hominem esse tertiam quandā essentiā ex corpore & anima compositam. Deinde quod ait partes has se inuicē perficiere, ostendit animā humanā ex istius hominis sententia perfici à corpore, imaginem Dei perfici à luto.

80. Ea verò non est nominum tantum & appellationum permutatio, quemadmodum sacramētarij verbis Theodoreti loquuntur quod vno tantum nomina communia faciat. Sed vera est communicatio & realis, quapropter Naturarum cōmunicationē in vniōne personali factam, nō titulotenus, aut verbotenus, sed verè alteri naturæ, in concreto, hoc est, in persona ταῦ λόγων, per vocabula concreta, alterius naturæ propria tribuuntur & communicantur.

D A N. Falsa est & tamen implicata huius thesis sententia, Hoc enim vult Iacobus. Quæ propria & essentialia sunt vnius naturæ idioma: ta realiter cōmunicari alteri, Si modo per verba cōcreta fiat ista enuntiatio, veluti si dicatur Filius Dei passus, re ipsa natura diuinā esse passam. Quo quid magis impium affirmari potest? Atqui id & ipse sentit tamen, & postea evertit thesi 82. vbi idē ait propria vnius naturæ eam non egredi. Quid igitur? Hac vera sunt nimis quæ

72

propria sunt vnius Christi naturæ, personæ qui dem realiter communicari, sed non vtriq; tamē illi naturæ, qua constat Christi persona. Nā quæ Deitatis Christi propria sunt, nunquā realiter humanæ seu assumptæ ab eo naturæ realiter cōpetunt aut cōmunicātur, siue per verba concreta, siue per abstracta fiat prædicatio.

94. Quod igitur ad proprietatum diuinitatis communicationem attinet, expressa scripturæ sacræ extant testimonia. Colos. 1. In ipso inhabitat omnis plenitudo Deitatis corporaliter. Vbi in nomine plenitudinis diuinitatis, omnia intelliguntur, quæ de Deo dici possunt. Vocabulum autem (*corporaliter*) magno consensu scriptores Ecclesiastici interpretatur *de humana assumpta natura*, de carne, de corpore & anima Christi, tanquam templo diuinitatis proprio, in quo omnis plenitudo diuinitatis inhabitet.

D A N. Falsò colligitur ex illo Pauli loco Colos. 1. essentiales Deitatis Christi proprietas, realiter humanæ seu assumptæ ab eo naturæ esse cōmunicatas: sed tantum eum hominem, qui Christus est, verè quoque & εσιωδῶς seu ἐποστηκὼς esse quoque Deum.

96. Extatetiam regula, vnanimi consensu Doctorum prioris primitiæ Ecclesia, approbata. Quæcunque Christo data sunt in tempore, secundum humanam naturam data esse.

D A N.

D A N. Falsò quoque ex hac patrū sententia concludit Iacobus essētiaia Deitatis Christi idiomata haberi & participari re ipsa ab humana eiusdem natura sed tantum efficitur, Nihil de Deo Christo verè dici seu enuntiari ab æterno, quod idem de eodem homine posthumanæ naturæ assumptionem non prædicetur, quoniam homo ille est idem & Deus quoque æternus. Nam post incarnationē vna & eadem illa persona fuit & manet verus & æternus Deus: & item verus & in tempore factus homo.

102. Nam propter naturarū communicationē essentialē, anima suas potentias seu proprietates, earūque actiones, corpori ita communicat, ut anima quamdiu est in corpore nihil sine corpore faciat, sed *omnia cū corpore & per corpus*. Quod in intellectu, sensu, & motu, aliisq; omnibus animæ potentijs perspicuum est.

D A N. Falsum est: quod anima humana etiam corpori humano suo ynire faciat omnia per corpus.

112. Quando igitur secundum scripturas personam Christi considerauerimus, humanae naturæ à λόγῳ, per vniōnem personalē, quatuor realiter communicata esse deprehendemus.

113. Primum quidem Diuinitatem ipsam, per naturarū communicationē, quæ in vniōne personali facta est: iuxta illud Ioannis: Verbum

caro factum est. Et Basil. Humana Dei caro particeps facta est Deitatis. Vnde homo Deus dicitur, & re vera est. Quomodo enīm homo Deus dici posset, si humanitas, anima & corpus assumptæ Naturæ nihil cum Diuinitate communne haberet? aut Diuinitatis particeps facta non esset?

116. Deinde, propter hāc naturarum vniōnem & realem communicationem, humanæ naturæ assumptæ à λόγῳ, persona filij Dei realiter communicata est.

D A N. Falsa distributio. Quæ sunt enim idē diuersa facit. Sunt enim idem personam Filij Dei, & Deitatem filij Dei esse communicatam assumptæ ab eo naturæ per, & propter hypostaticā naturarum vniōnem: alias enim si personalitas esset cōmunicata naturæ à λόγῳ assumptæ propter vniōnem, procul dubio fieret esset q; in Christo humana natura persona. Ergo ea dem sunt communicatam esse Deitatem λόγος seu personā naturæ assumptæ: Iste tamen hāc velut duo diuersa facit. Tertium membrum à Iacobo additum, de industria prætero.

127. Postremo: Actiones quoque suas diuinitatis proprias, humanæ naturæ assumptæ cōmunicauit λόγος, vt caro sit verè & realiter viuifica. Ut idem Cyrillus confirmat, dicens: Propter seipsum Spiritus viuificat, Ad cuius virtutem

tem per coniunctionem caro concendit.

128. Caro autem Christi verè & realiter viuifica est, non propterea tantum, quod passione sua in carne Christus nobis vitam restituerit: de qua sola communicatione Sacramentarii concionantur: sed quod Christus nunc etiam ratione humanæ naturæ, ad dexteram omnipotentis virtutis & maiestatis Dei sedens, qui iuxta diuinam naturam ipsa dextera Dei est, in ea, cum ea, & per eam viuificet, sine qua etiam viuificationis opus nusquam, aut unquam sed ubique & semper in ea, & cum ea, & per eam perficiat.

D A N. Falsum est vim ipsam ἡωνοιντικὴν ad vitam æternam esse in ipsa carne Christi: Fuisse enim immortalis caro Christi: sed illa est à Deitate Christi, à qua per carnem, velut per canalem, in nos fide Christi carni copulatostraiicitur. Ioan.6. Ephes.5. 1. Corinth. 12. Psalm. 13.

135. Planè autem impiam eam asserimus, & ipsissimam Alcorani de Christo sententiam: qua Iesuitæ Christo secundum humanam naturam propter unionem personalem tribuunt, quæ inter diuinam illam altitudinem seu excellentiam (quam omnipotentiam vocamus) & eam dignitatem, quæ communi hominum generi obtingere solet, singularem quandam mediæ potentiam seu eminentiam tribuunt, & ab omni-

potentia Dei seu participatione seu communicatione excludunt.

D A N. Imo verò Eutychianus est qui eam omnipotētiam, quæ Christo, qua homo est, data fuit, confundit cum ea omnipotentia, quam idē Christus, qua Deus est, habet. Hæc enim est essentialis, æterna, & ἀωλαῖς: Illa verò est accidentaria humanitati Christi, ex tempore & *natura*, ratione nēpe ceterarū creaturarum omniū. Denique vera est illa Hilarij, Augustini & Cyilli sententia, *Christus seipso maior est*. Quare Iacobus iste Alcoranum dīcērit, quantum volet: nos, Dei gratia, ex ipso Dei verbo sapere didicimus. Et falsum est Alcorani verba ab isto citata probare, nos nimis nihil plus quam Alcoranus, ac Mahometistæ solent Christo tribuere. Verūm conuitia & contumeliae sunt isti hominum generi in promptu, & præcipua differtæ istorum eloquentiæ pars.

130. Ex his constat, Humanæ Naturæ in Christo, Diuinam Majestatem, *actiones Divinitatis proprias communicatas esse*.

151. Quando enim actiones separatae sunt, *naturas quoque separatas esse necesse est*.

152. Stultè verò ratiocinantur: Si quæ diuinæ naturæ propria sunt humanæ in Christo naturæ communicentur, nō amplius propria fore: siquidem id, quod quis cum altero commu-

ne habet, non amplius proprium, sed communne sit.

D A N. Hætheses omnes sunt falsæ, ex eo fallissimo fundamēto sumptæ, quod si nō vbi- que est aut agit humana seu assumpta à Chri- sto natura, vbi est aut agit diuina eiusdem na- tura, sequatur separatio diuulsio quæ personæ Christi. Nec enim vnio personalis extensio- nem naturarum inter se personaliter vñitarum inducit, aut cooperationem individualis, vt vbi- cunque vna sit, & altera, & quotiescunque vna agit, & altera. Pes manui in viui hominis cor- pore vñitus est, neque tamen vbi est pes illuc est manus: aut quoties pes ambulat, manus scribit, vel iuuat eam ambulationem, illique cooperatur.

269. Etsi enim Nestorius nequaquam conten- dit duas in Christo personas esse: sed verbis cōstan- ter affirmauit, vnam in Christo personam esse, & filium Dei, esse quoque hominis filium, ne- que alium hominis & alium Dei filium: Tamen quia communicationem idiomatum realem in persona Christi negauit: vnde naturarum se- paratio & personæ solutio sequitur: iure à con- cilio Ephesino eius erroris damnatus est.

D A N. Ignorat homo iste quæ fuerit Ne- storianorum hæresis.

T E R-

B



TERTIA CLASSIS
EARVNDDEM IACOBI ANDREAE
THESIVM.

*Theseſ αὐτοῖς, id est, ſeipſas euer-
tentes. Quod verò vel ſeipſum euerit, vel aliud
verum, illud falſum fit neceſſe eſt.*

Thesis 47.

COMMUNICATIO autem hæc naturarum, non ea eſt intelligēda, quam ſomniant sacramentarij, & nostris improbè & contra testimonium propriæ conſcientiæ ad tegendum ſuum errorem imputant, qua humanae naturæ ita diuinitas communicetur, ut ſeipſā ſit Deus, adeoque in diuinitatem mutata, & hoc ſolum à Natura Diuina differat, quod diuinitatem non ex ſeſe habere, ſed aliunde, videlicet à λόγῳ, accepiffe dicatur.

D A N. Verba hæc: Seipſā ſit Deus, euentunt ſequentia, non ex ſeſe habere. ſed aliunde, Nec enim potest quiſquam ſeipſo Deus eſſe, & aliunde eam diuinitatem habere.

125. Eti enī humana natura ab aeterno
non

non fuerit, cum vnio facta sit in tempore, potestas tamen, quæ illi communicata est, ab æterno est.

D A N. Imo est *ἀσύνταχτος* hæc thesis. Nam si æterna potentia realiter est communicata carni seu assumptæ naturæ in Christo & in tempore factæ, ergo ab æterno est illi realiter communicata. Quæcunque enim potentia naturæ creatæ, & in tempore factæ communicatur, ea proculdubio extempore communicatur, & proinde æterna esse non potest. Quare aut non æterna potentia carni Christi est communicata: aut si æterna illi communicata est, ergo ab æterno. Neque enim alia est æterna potentia, quam quæ est ab æterno: ipse quoque hoc fateatur int. thes 169. & 170.

167. Etsi enim natura diuina τε λόγις passiones nō ita recipit, sicut humanitas maiestatē: tamē cū humanitas τε λόγις per vunionem propria facta sit, cui λόγος etiā sese totum cōmunicauit, nec aliis sit filius Dei, & aliis filius hominis, non verbalī communicatione, sed verē & realiter, etiam λόγιος passio in symbolo Apostolorum & apertis scripturæ testimonijis tribuitur.

183. Quam Maiestatem Christus secundum diuinitatem nunquam depositus, sed etiam in ipsa incarnatione ubique & semper exercevit, sic ut scriptum est: Pater meus ad hoc

usque temporis operatur, & ego operor. Et iterum: Quaecunque ille fecerit, haec itidem & Filius facit.

D A N. Nemo dubitat quin hæ theses seipſas euertunt.

175. Nec verò, si idiomata diuinitatis assumptæ naturæ omnia, quæ nomine omnis plenitudinis Deitatis veniunt, communicata sunt, διτέτρις, hoc est, pluralitas Deorum, vel naturarum ταυτότης, seu identitas, sequitur: sic ut inflati quidam, & opinione eruditionis turgentes (minimè Theologi) Neophyti stultè argumentantur, qui heri & nudiustertius ad Ecclesiæ gubernacula accesserunt.

D A N. Proculdubio est ἀσύγατος ista thesis. Nam si eadem numero Deitas, potētia, &c. tribuitur carni Christi assumpta, & naturæ ipsius Diuinæ, caro Christi erit ipsa Deitas Christi.

Q V A R-



QVARTA CLASSIS THE-
SIVM IACOBI ANDREAE.

*Theses antitheses, id est, alias euer-
tentes.*

Thesis 6.

Perfectus Deus, perfectus homo, ex ani-
ma rationali & humana carne sub-
sistens.

Illius explicatio.

12. *Per omnia nobis similem dempto peccato.*

D A N. Explicatio hæc verè ostendit. Quid
sit Christum perfecte hominem esse. Contra
quam sententiam si quis senserit, anathema po-
stea pronuntiatur ab ipsomet Iacobo.

13. Hæc nostra nostrarumque Ecclesiarum
doctrina, confessio, & fides indubitata est, de
duabus naturis in Christo & eiusdem personæ
vnitate, quam Lutherus in hac schola piè &
sanctè professus est, & contra omnis generis
hæreses constanter defendit. Et quisquis con-
trarium senserit, Anathema sit.

49. Etenim naturarum nulla fit cōfusio, sed
earum differentia etiā in ipsa vnione seruatur.

55. Etsi, ut Iustinus recte loquitur, non per omnia declarando huic mysterio, sed ex parte tantum seruit. *V*nus enim duarum naturarum in Christo ita explicanda est, ne aut Diuinitati derogatur quicquam, aut humanæ naturæ affingatur aliquid, quod eius substantiam destruat, aut naturas & earum proprietates confundat.

57 *Hanc realem communicationem.*

D A N. Communicationem hic pro vnione accipit, ut fallat æquiuocatione seu confusione vocum.

Quas theses euertant istæ priores,

Nimirum

Thef. 232.

Neque enim Christus simpliciter homo est, sicut Petrus, Paulus sed talis homo est, qui Deus est in unitate personæ τελόγιος.

234. Et sicut Deus præsens est, proprietate essentiæ suæ, omnibus creaturis, non localiter: hic etiam propter unionem personalem totus Christus, adeoque sua assumpta humanitate, non localiter, non proprietate essentiæ: sed suo quodam diuino modo, qui rationi humanæ incomprehensibilis est, tam verè & realiter præsens est, quam verè & realiter à telo in unitatem

tem suæ personæ homo assumptus est.

239. Neque verò hīc nos impedit, quod de duplice actu corporis dicitur. Corporis enim Christi actus primus, non tantum æstimandus est exemplo aliorum corporum humanorum naturaliter: sed personali etiam vnione, qua ratione supra naturam, (quatenus corpus τὸς λόγου proprium) adeoque supra omnia omnium corporum actum primum collocatur, & infinitè exaltatur eiique tribuitur, quod nullis corporibus conuenit, nec cum illis commune habet.

240. Vnde actus secundi in nos promanat, de quibus dictum Ioannis accipendum est: Et de plenitudine eius accepimus omnes.

250. Neque ita Christus Spiritus sancti praesentiam promisit, ut vicaria esset, loco omnimodo absentis Christi: sed ut eos consolaretur, ne propter visibilem discessum perturbarentur, qui nihilominus suam quoque praesentiam eis promisit: Ego sum vobis cum semper.

Matth. 28.

272. Similiter quoque Eutychetis delirium refutatur, Christum in gloria, humanam naturam cum omnibus suis proprietatibus non retinuisse, sed humanam in diuinam naturam absorptam esse.

274. Monotheletatum quoq; error dānatur,

qui in Christo vnam tantum voluntatem fuisse contendebant, ex Eutychetis schola progenti, quod humanam naturam in diuinam absorptam esse falsò arbitrarentur.

Et in tractatu de Cœna. 150.

Thesis. De vnione et communica- tione, quòd sint eadem.

44 Rectius ergo sancti patres & Ecclesiæ primitiuae ac purioris Doctores, qui vnionem hanc admirandam Naturarum in Christo, quæ vnum ὑφισάμενον cōstituat, vocabulo κοινωνίας seu communicationis explicarunt, qua Diuinitas dare, & Humanitas accipere dicantur, quorum vtrunque ad constitutionem vnionis personalis per se requiritur.

Euertitur à thesi

71. Ex vniione enim & cōmunicatione Naturarū personali, quam realem esse demonstrauimus, communicatio idiomatum & proprietatum Naturarum, quam sic vocant Ecclesiastici scriptores, secura est, per quam humana Natura à λόγῳ assumpta, ad summam Maiestatem euēcta est.

73. Quæ κοινωνία seu communicatio, cum præsertim in assumpta humana Natura sit mag-

gis conspicua , quām vnio ipsa : tanquam , ipsa
vnione seu cōmunicatione Naturarum , quid-
dam ratione ordinis posterius , et si cum ipsa vnio-
ne sit tempore simul Prophetæ & Apostoli per
eam nos , in admirandæ & ineffabilis vniōnis
considerationem , deduxerunt .

90 Quod autem Iesuitæ & Sacramentarij ,
hinc occasionem sumunt disputandi ac decla-
mandi , quod vno personalis non sit communi-
catio idiomatum , non dicitur nam nos Erām , sed pro-
prium suum commentum confutant .

91. Cū enim rerum differentias specifi-
cas s̄ per numero ignoremus : per accidentia
res interdum definitus , quæ tamen rerum es-
sentiæ non sunt .

92. Sic cum nos per communicationem
idiomatum aliquo modo in cognitionem vnio-
nis personalis perueniamus , hac eam definien-
dam , hoc est , ita describendam diximus , ut co-
gnoscatur toto genere ab alijs gradibus præ-
sentiæ Dei differre .

De communicatione idiomatum &
quòd vnius naturæ propria & essen-
tialia alteri naturæ re ipsa commu-
nicata sunt , propter vunionem hy-
postaticam .

Thesis

72. Quemadmodum autem naturarum communicatio in vnione, sine Naturarum confusione facta est, sic & communicatio idiomaticum seruata vtriusq; Naturæ proprietate, eam secuta est.

78. Propria personæ sunt, quæ Christo tribuuntur, quatenus Christus, quod nomen (Christus) non alterutram naturam, sed personam significat: vt, quod dicitur: Immanuel, Redemptor, Iustificator, Sacerdos, Rex, Gubernator, quæ omnia Christo secundum vtramque naturam adscribuntur.

99. Ex quo constat non modò personæ Christi diuinitatis propria tribui, sed etiam *Humanae naturæ*: non quidem naturaliter, sed propter vunionem personalem.

115. Quemadmodum enim non propterea duæ Animaæ in homine constituuntur, quod Anima & Corpus essentialiter & personaliter vnota, siue inuicem realiter communicata sunt, sed vna est anima in corpore, cuius ratio tamen est diuersa, si in se pro sua natura & essentia, & pariter quoque respectu corporis consideretur: Sic vna est quoque Diuinitas, essentialis illa & æterna, quæ ineffabili modo ita *naturæ humanae* communicata est, per vunionem

cum

cum λόγῳ, ut unam cum eo personam Christi constituat.

Superior doctrina evanescit à thesi

82. Ideo enim propria sunt & dicuntur, quod subiectum suum non egrediuntur.

83. Propria enim diuinitatis solius Diuinæ naturæ propria sunt & permanent, & ne quidem in ipsa unione suum subiectum egrediuntur, neque in æternum proprietates assumptæ humanitatis fiunt, & econtra.

85. Sicut enim Omnipotentia Dei (qua appellatione omnes naturæ diuinæ proprietates complectimur) tanquam accidens humanæ naturæ inesse non potest, quoniam ipsa, sicut alia diuinitatis propria, accidens non est: Ita Diuinæ naturæ proprietates humanæ naturæ accidere non possunt. Siquidem in Naturam Dei non cadit accidens, quæ in seipsa immutabilis est & permanet semper.

88. Sed cum talis sit idiomatov communica-
tio qualis est unio, quæ personalē esse diximus
& quæ nouaricæ idiomatov fundamentum est,
& ipsa quoque, sicut unio naturarū, à posterio-
ri, hoc est, à consequenti declaratur per sanctos
Ecclesiae Doctores, quod videlicet, iuxta cele-
bre illud Leonis dictum, utraque forma agat
cum

cum alterius communione quod proprium est
nimis: Verbo operante, quod verbi est, &
carne exequente quod carnis est.

123. Tertio, sic quoque maiestatem, quæ
 $\tau\hat{\alpha}\lambda\gamma\sigma$ propria est, vere & realiter assumptæ
naturæ, sine omni naturarum aut proprietatum
confusione, communicavit Filius Dei. Id
quod Articulus Symboli Apostoli ci: sedet ad
dexteram Dei patris omnipotentis: Et scriptu-
ræ sacræ aperta testimonia confirmat. Hebr. i.
Confedit in dextera maiestatis in excelsis.
Ephes. i. Sedere fecit eum ad dexteram suam in
cœlestibus, supra omnem principatum, ac po-
testatē, & virtutem, & dominium, & omne no-
men, quod nominatur, nō solum in seculo hoc,
verum etiam in futuro, & omnia subiecit pedi-
bus eius. Phil. 2. Dedit illi nomen super omne
nomen. Dan. 7. Et ecce in nubibus cœli, quasi
filius hominis, veniebat, & ad antiquum die-
rum peruenit, & dedit ei potestatem, & hono-
rem, & regnum potestas eius, potestas æterna,
quæ non auferetur.

Quod ea communicatio propriè &
commodè explicetur similitudine a-
nimæ & corporis uniti ad unum ho-
minis $\iota\varphi\iota\varsigma\alpha\mu\sigma\omega\eta$ cōstituendum.

The-

Thesis

54. Maximè verò accommodata similitudo
Anima rationalis & corporis visa est, quæ non
modò personaliter, sed etiam essentialiter vni-
ta, hominem coſtituunt.

101. Hæc autem idiomatum communica-
tio, non alia *similitudine* magis accommodata,
quam corporis & animæ rationalis, sicut sym-
bolum Sancti Athanafij habet, consideranda
proponitur.

Evertitur à theſi

55. Etsi, vt Iustinus rectè loquitur, non per
omnia declarando huic mysterio, sed ex parte
tantum feruit. Vnio enim duarum naturarum
in Christo ita explicanda est, ne aut diuinitati
derogetur quidquam, aut humanæ naturæ af-
ſingatur aliquid, quod eius substantiam de-
ſtruat, aut naturas & earum proprietates con-
fundat.

56. Siquidem ex anima rationali & corpo-
re, quædam tertia eſtentia, quasi ex duabus
partibus cōposita est, quæ ſe inuicē perficiunt.

Quod essentialis & æterna diuinitas,
potentia, ſit realiter communicata
naturæ humanæ, non tantum per
ſonæ Christi.

The-

Thesis

115. Qemadmodum enim non propterea duæ Animæ in homine constituuntur, quod anima & corpus essentialiter & personaliter vñita, siue inuicem realiter communicata sunt, sed vna est anima in corpore, cuius ratio tamē est diuersa si in lese pro sua natura & essentia, & pariter quoq; respectu corporis confidetur: sic vna quoque est Diuinitas, essentialis illa & æterna, quæ ineffabil modo ita naturæ humanae communicata est, per vniōnem cum λόγῳ, vt vnam cum eo personam Christi constituat.

145. Ex quo manifestum est, non modò quām turpiter hallucinentur, sed etiam quām enormiter & intolerabiliter impij & blasphemati fint, qui, quod in ipsis est Christum à dextera virtutis & maiestatis Dei deponentes affirmant: λόγον assumptæ naturæ humanæ, per vniōnem personalem, neque naturam diuinam, neque suam personam, neque maiestatem neque actiones diuinitatis proprias verè & realiter communicasse.

Euertitur à thesi

176. Cum enim seipsa, ac proprietate essentiæ diuinitas sit omnes suæ proprietates, quas Apostolus nomine plenitudinis omnis deitatis cōplexus est: Humana autē natura assumpta in per-

persona Christi nihil horum sit, aut in æternū
fiat, sed in se habitantem hanc plenitudinem,
habeat sibi realiter cōmunicatam, & τῷ ἔχει
hoc est, habendo sit.

114. Nō autem hinc sequitur, duas in Chri-
sto separatas esse Diuinitates, quorum altera
sit Diuinitatis propria, æterna & infinita Dei
essentia: altera verò creata: sicut sacramenta-
rij petulanter & malitiosè aduersus nos garni-
unt.

122. in verbis, *Verba Cyrilli subiiciemus*: Na-
tura carnis ipsa per se viuificare non potest. Quid
enim maius Natura diuinitatis haberet? Quæ
nec sola esse in Christo intelligitur: sed habet
filium sibi communicatum, qui substantia-
liter vita est.

**Quod actiones Deitatis propriæ sint
realiter communicatæ carni Christi.**

Thesis

127. Postremò: Actiones quoque suas, di-
uinitatis proprias, humanæ assumptæ naturæ
communicauit λόγος, vt caro sit verè & realiter
viuifica, vt idem Cyrillus confirmat dicens:
Propter seipsum Spiritus viuificat. Ad cuius
virtutem per coniunctionem caro concendit.

Eueritur à thesi

122. Ac ne nos vel propter phrasin alicuias

nouitatis accusare possint, quibus se per in ore
est erudita vetustas, & orthodoxa antiquitas
(à qua tamen nos Lutherus pie & sanctè ita
vindicauit, ne humana autoritate, sed verbo
Dei fides nostra nitatur) verba Cyrilli subij-
ciemus: Natura carnis ipsa per se viuificare non
potest. Quid enim maius Natura diuinitatis
haberet? Quæ nec sola esse in Christo intelligi-
tur: sed habet filium sibi communicatum, qui
substantialiter vita est.

129. In verbis: *Si quis non confitetur carnem
Dominii esse viuificantem, propterea quod propria facta
est verbi, quod omnia viuificant, anathema sit.*

D A N. Non dixit Cyrillus, quæ caro viuificant,
sed ait quod verbum viuificant, sicut dixerat prius
thes 122. ipsam Deitatem in Christo non au-
tem carnem viuificantem.

*Quod Diuina Christi natura non fue-
rit in morte Christi immunis à pas-
sione & dolore.*

Thesis

155. Quemadmodum autem à reali com-
municatione Maiestatis diuinæ, quæ solius Dei
propria est, humanā naturā prorsus excludunt,
eiique nihil præter nomen commune faciunt:
sic quoque contra apertum articulum symboli

Apo-

Apost. Iici & scripturæ sacræ apertissima testimonia, in passione diuinitatem ab eadem separat, & perimpiam αλλοιων soli carni, cuius proprium est pati, perpetiam adscribunt.

159. Sin verò propterea diuinitas à morte passionis Christi excluditur, quod immortalis sit, Anima quoque Christi in passione mortis, nobis nihil profueret, adeoq; mortis Christi unus neque diuinitati, neque animæ, sed soli corpori seu carni eius adscribenda esset.

160. Eò Cinghiana αλλοιωσί homines deducit, qua omnia scripturæ dicta de passione & morte Christi ad solam humanitatem eius refert, cuius proprium est pati, ut λόγος cum ea nihil, sed tantum nomen & appellationem communem habeat.

Euertitur à thesi

166. Cum igitur uno personalis duarum naturarum in Christo ita facta sit ut peream λόγος assumpta naturæ daret, ipse verò ab ea nihil reciperet vel perfectionis vel imbecillitatis luce meridiana clarus est, ingens discernere inter communicationem esse, qua maiestas diuinitatis propria realiter assumpta naturæ humanae communicata est, & qua λόγῳ eiusdem naturæ passio adscribitur.

161. In verbis. Sed quia caro eius hac omnia non solum perculit, sed & sensit & cessit, merito ac iure dicimus, dominum his omnibus passionum conditionibus sensibiliter affectum in carne sua, sive sensu vel mutatione diuinitatis, &c.

164. Huc referenda sunt sententiae Basili: Domini caro particeps ipsa facta est Deitatis, non suam propriam tradidit deitati imbecillitatem. Et Augustini: Injuria corporis affecta esse fateor non deitatem: sicut maiestate deitatis nouimus carnem.

165. Et hoc est quod D. Petrus inquit, Christus passus est carne, cuius proprium est pati, & filio Dei etiam propter naturatum communicationem & unitatem personarum tribuitur.

165. Ideoque quæ de exinanitione Christi in scripturis dicuntur, nequaquam de diuinitate intelligi possunt, nisi in castra Ariorum nos recipere velimus; Sicut Leo & Flavianus testatur.

166. Sed omnia de Christo secundum humanam naturam omnium orthodoxorum consensu intelligenda sunt & explicanda.

167. Ea enim Natura & humiliari & exaltari realiter potest.

Quod

Quòd si non vna & eadem numero
sed duplex actio, potentia, & pro-
prietas Dicitati essentialis tribuitur
carni & Dicitati Christi, non statui-
tur dicitur dicitatis Dicitatis in Christo.

Thesis

175. Nec verò si idiomata diuinitatis af-
sumptæ naturæ omnia, quæ nomine omnis ple-
nitudinis Dicitatis veniunt, communicata sunt,
dicitur hoc est pluralitas Deorum, vel natu-
rarum tantum, seu identitas, sequitur: sic ut
inflati quidam, & opinione eruditissimis tur-
gentes (minime Theologi) Neophyti stulte ar-
gumentantur, qui heri & nudiustertius ad Ec-
clesiæ gubernacula accesserunt.

177. Qua ratione stulte & per ignorantiam
excogitata dicitur & ratiocinata explosa est.

178. Sic quoque quam ex effusione totius
spiritus sanctæ diuinitatis, peruersè intellecta & stu-
diosè deprauata, cōfusionem graduum præsen-
tiæ diuinitatis colligunt, qua Christum gradi-
bus donorum tantum à reliquis sanctis differ-
re nobis falso & malitiosè imputant, nihil nisi
petulantia & satanica calumnia est.

295. Vnde etiam discrimen conspicuum, quod alia ratione λόγος, alia ratione propter λόγον in persona Christi homo omnipotens dicatur: quamvis una eademque sit virtusque omnipotencia.

296. Nam λόγος seipso & proprietate suæ naturæ omnipotens est & dicitur, cuius potentia humana natura nihil addidit. Humana autem natura Christi proprietate suæ essentiae non est, non fuit neque unquam erit omnipotens, sed κατ' αὐλον, id est, aliunde habet: videlicet, quod personaliter sibi habet communicationem omnipotentem λόγον: quod nulli Angelorum aut hominum contigit. Breuius dicam: λόγος τινὲς ἦν, humanitas τῶν ἐχειν est omnipotens, idque verè & realiter, quod Athanasius paucis verbis eleganter complexus est: sicut anima in corpore, ita Deus verbum unitus humanitati, edidit prodigia, non separatus à natura assumpta: sed placuit ei per ipsam, in ipsa, & cum ipsa potentiam suam exercere.

297. Ideo recte de Christo dicitur, quod manus, quam imposuit agrotis, omnipotens manus sit: & vox, qua Lazarum à mortuis suscitauit, omnipotens vox sit, quod opes omnipotentia suæ λόγος, per hanc manum & vocem, exercuerit.

Eue-

Evectionem huminæ seu assumptæ à Christo naturæ in huminam gloriam factam esse, quū ea cum λόγῳ Dei in utero Mariæ personaliter venita est.

Thesis

188. Summo autem & altissimo gradu exaltata est, quo altiore collocari aut exaltari non potuit, cum in utero Virginis cum λόγῳ personaliter venia est.

189. Cum enim filius Dei altissimus sit, cum quo una persona effecta est, altius exaltari non potuit, nisi forte ipso altissimo aliquid altius cogitari possit.

Euertitur à thesi

195. Sic non simulauit se ignorare diem iudicij, sed reuera secundum humanam naturam tum ignorabat: siquidem humiliatio eius non simulatio fuit, sed realis abdicatio, *Ysus* diuinæ Majestatis.

196. Sic non simulauit se esurire aut sitiire, (quod si voluisse, potuisse, neque esurire, neque sitiire) sed reuera esurit & sitiuit.

200. Postquam vero formam terui penitus deposituit (que iam in commemorato dicto D. Pauli nequaquam humanam naturam, ut vete-

res quidam scriptores interpretati sunt: sed se-
uilem formam significat, ut Lutherus cū Am-
brosio demonstrat. De qua Christus inquit:
Non venit filius hominis vt sibi ministraretur,
sed vt ipse ministraret. Et iterum. Vos appella-
tis me magistrum & dominum, & bene dicitis,
sum enim. Ego in medio vestrum vt qui mini-
strat) realiter exaltatus est.

201. Sicut enim in assumpta natura reali-
ter exinanitus fuit in forma serui ita, postquā
hanc formam serui realiter deposuit (Humanam
naturam in aeternum nunquam deponēs)
gloriae Maiestas ei sic restituta est, vt qui prius
sola diuinitate omnia gubernaret, nunc etiam suā
humanitate, ad dexteram virtutis & maiesta-
tis Dei collocata, omnia in cœlo & in terra,
vbique & semper gubernet. Sicut scriptum
est: Quapropter Deus exaltauit eum, & dedit
ei nomen supra omne nomen, vt in nomine Ie-
su omne genu se flectat, cœlestium, terrestrium,
& inferorum. Et iterum: Sciat ergo tota do-
mus Israël, quod Dominum & Christum, fe-
cerit Deus hunc Iesum, quem vos crucifixi-
stis. Athanasius: Scriptura non intelligit sub-
stantiam verbi exaltatam, sed ad Humanitatem
cius hoc spectat, propter carnem exaltari di-
citur. Cum enim ipsius sit corpus, merito
ipse

ipse ut homo, ratione corporis, humanitus exaltari & accipere memoratur, eo quod corpus illa recipit. Quæ verbum semper possidebat, secundum suam ex patre Deitatem & perfectionem. Dicit igitur, se potestatem accepisse ut hominem, quā semper habebat ut Deus, Dicitque: Glorifica me, qui alios glorificat: Ut ostendat, carnē se habere istarum rerum indigam. Ac proinde carne sua humanitatis hanc glorificationem accipiente, ita loquitur, quasi ipse accepisset. Illud enim ubique animaduer-
xendum (Notate regulam, Iesuitæ & Sacramen-
tarij vestræ contrariam) nihil eorum quæ dicit se accepisse, in tempore scilicet, ita se accepisse, quasi non habuisset: Habebat enim illa, ut
pote semper ut Deus & verbum. Nunc autem dicit: Humanitus se accepisse, ut carne eius in ipso accipiente, in posterum ea ex carne illius in nos firmiter possidenda traderentur. Idem: Verbum eius semper erat Dominus, neque post crucem primum factus est Dominus: sed Humanitatem eius, Divinitas fecit Dominum & Christum.

208. Etsi verò ante resurrectionē Dominus quoque erat, non tamen ubique cum Deo re-
gnabat. Sed hac Majestate regnandi tantisper
quasi exutum & euacuatum (ut Paulus loquitur

esse oportebat, donec per passionem (quæ ab exordio nativitatis eius semper usque ad mortem durabat) genus humanum redimeret.

Carnem Christi esse incircumscripā,
& tamen veram, id est, verè huma-
nam carnem.

Thesis

202. Quando autem Patres & scriptores Ecclesiastici proprietates humanæ naturæ, in primis autem circumscriptio nē corporis Christi, aduersus Marcionitas & Eutychianos virgent, ne quaquam hanc communicatam, in alsumpta humana natura, maiestatem negant aut oppugnant.

203. Aliud enim est de veritate naturæ humanae eiusq; essētia dicere, quid per se & in se sit proprietate naturæ suæ & aliud, quid per uniuersum personalē à $\lambda\delta\gamma\omega$ communicatum accipitur. Qua ratione lētentia patrum in specie pugnantes facile conciliari possunt.

Eueritur à thesi

227. Neque vero nos dicimus, Christi humanā naturā, per se personaliter, cum seip̄a persona non sit, neque naturaliter, hoc est proprietate naturæ lux, quæ circumscripta & finita sit,
omnia

omnia implere. Sed ideo tantum quod in unitate personarum assumpta sit, & nusquam sit *λόγος*, ubi non sit homo.

228. Ex quibus omnibus manifestum est, eos totum cælo errare, qui à proprio humani corporis, seu ab humana nostra natura ad corpus Christi simpliciter argumentantur, & impie negant, nouam corporis Christi ponendam definitiorem, quæ corpori Christi peculiariter applicetur.

232. Neque enim *Christus simpliciter homo* est, sicut Petrus, Paulus: sed talis homo est, qui Deus est in unitate personarum *τελόγων*.

235. Hanc de loco cogitationem si suscilleris & remoueris ab hoc mysterio, omni quaestione, labore & disputatione te expediuisti, tribuens gloriam corpori Christi propter unitatem, quæ solius huius corporis propria est, & quam cum nullo *sacerdotum communem* habet, nec interim veritatem humanae naturæ, earumque proprietatum negabis:

236. Nec vlla hic contradictionis implicatio est, cum unitas eidem corpori Christi opposita, non eodem, sed diverso respectu, adscribantur.

237. Quod enim corpus Christi finitum, & circumspectum, & in loco dicitur, id ei propter naturæ proprietatem recte tribuitur. Quæ si ei

adimatur, veritas naturæ negari & eidem adimi verè dicetur.

238. Quod autem eidem corpori etiam tribuuntur, quæ infinita sunt, & nullo loco circumscripta, qua ratione & ipsa non in loco aut circumscripta dicitur: id ei propter vniōnem cum persona τοῦ λόγου, & infinitæ naturæ non οντικῆς, ac communicationem, verè & iuxta scripturas tribuitur.

Nō posse sciri, Quid sit maiestas Christi & dextera Dei.

Thesis

212. Quemadmodū autem supra de vniōnis mysterio diximus, rectius nos, quid non sit, quam quid sit, exponere posse: sic etiā de Maiestate filij hominis, eiusque præsentię modo, rectius quid non sit, quam quid sit, affirmare possumus. Quæ utrum verbo dicamus, non intelligitur, neque sensibus aut ratione humana comprehenditur.

Euertitur à thesi ubi eam definit.

214. Dextera igitur Dei, cum sedes sit Humanitatis Christi glorificatæ, quid ea sit videntur est.

215. Ea verò nihil aliud significat, quam, ut uno verbo exprimamus, omnipotentiam Dei, quæ neque

neque locus est, neque in loco, sed cœlum &
terra uim plet. Ier. 23.

**Carnem Christi sedere ad dexteram
Dei, est Christum hominem re-
gnare.**

216. In hac sede cum Humanitas Christi collocata sit, nusquam dextera Dei monstrari poterit, ubi humanitas eius non seceat, hoc est, regnet & gubernet. Id enim in hoc symboli articulo sedere significat.

261. Primus modus vniuersalis est, quo humanitas Christi, cum diuinitate τε λόγος, in gubernatione omnibus creaturis adest. Id enim est sedere ad dexteram Dei, hoc est, pari omnipotencia cum Deo, omnia in cœlo & terra gubernare, sicut Catechesis nostra docet; ad quam maiestatem humana natura verè & realiter evecta est. Sicut scriptum est: Omnia subiecisti sub pedibus eius: & constitueristi eum supra omnia opera manuum tuarum.

Euertitur à thesi

224. Non enim hic de scripturæ impletione, sed de locis superis & inferis disseritur: Quemadmodum contextus verborum Apostoli aperte docet: videlicet de inferioribus terræ:
quaæ

(quæ uterum D. Virginis significant, sicut Psalm. 129. etiam loquitur, Non est occultatum os meum à te, quod fecisti in occulto & substantia mea in inferioribus terra:) & de cælis. Et apertè dicitur: quod qui in inferiora terræ descenderit, idem quoque supra omnes cælos ascenderit, ut omnia in pleret.

264. Alter præsentia modus est, quo Ecclesiæ suæ peculiari gratia adest: iuxta promissiones: ubi duo aut tres congregati sunt in nomine meo, sum in medio ipsorum. Sum inquit, non ero.) Personali enim præsentia nunquam recedit, qui gratia ad electos subinde magis magisque accedit.

Vbiuitatem negat.

Thesis

251. Quemadmodum autem monstruosam vbiuitatem nunquam credidimus, nunquam docuimus, quam sacramentarij apud suos auditores nobis falsò, & contra testimonium suæ ipsorum conscientiæ imputant. Id enim figmentum, tanquam portentum detestamur, quo fingitur humanitas Christi diuinitati coextensa, cùm nec ipsa diuinitas extendatur.

Probat articulo

5. De cæna Domini.

QVIN-



QVINTA ET VLTIMA

CLASSIS THESIVM IACOBI

ANDREÆ EX LIBRO

Reperitio doctrinae.

Theses ineptæ.

Thesis 28.

ET HUC PERTINET QUOQUE DOCTRINA
DE GRADIBUS PRÆSENTIÆ DEI. QUO-
RUM PRIMUS EST DE PRÆSENTIA DEI
VNIVERSALI, QUÆ EST PRÆSENTIA CON-
SERUATIONIS, QUÀ RATIONE DEUS, QUO AD SE AQUA-
LITER OMNIBUS CREATURIS ADEST, VBIQUE TOTUS &
TOTUM, NON MAGIS HIC QUAM ILLIC. SECUNDUS
GRADUS, QUO ADEST BEATIS ANGELIS & HOMINIBUS,
QUOS ESSENIA SUA PRÆSENS, NON MODÒ CONSERUAT,
SED ETIAM VIUIFICAT VITA ÆTERNA. TERTIUS, QUO
ADEST RENATIS IN HAC VITA, & EFFICIT IN ILLIS NO-
UOS MOTUS: DE QIBUS PRÆSENTIÆ MODIS NULLA
CONTROUERSIA EST.

D A N. Inepta quoniam vel confundit se-
cundum & tertium modum, quo Deus in be-
atis inest: vel qui tertius ac posterior est (vel u-
ti vita Æterna viuificare) priorem constituit

secundo gradu, quo nimirum nouos motus in electis Deus efficit.

74. Ea verò non est prædicatio tantum, aut phrasis, seu modus loquendi, *sed res verè existit*, quæ hac phrasí, prædicatione, seu modo loquendu*m* exprimitur: Videlicet non ipsa Naturarum vno vel cōmunicatio, sed proprietatum cōmunicatio, quæ ipsam vniōnem personalem sequitur.

D A N. Ineptum. Quis enim ignorat, quūm ea, quæ naturæ diuinæ propria sunt, de humana: contraquæ naturæ humanæ propria de naturæ diuina enuntiantur, rem verè existentem ex- primi? De quo nulla quæstio est: sed vtrum ea res, veluti passio, quum Deus passus dicitur, re ipsa tribuatur Deitati Christi. ut ipsa passa sit. Ergo nō de re, sed de ipso attributionis modo disputatum hic fuit, quem illi esse realem vo lunt, id est, re ipsa tribuere alteri naturæ, quod alterius est proprium, nos autem ex verbo Dei verbalem seu dialecticum esse demonstramus.

75. Non autem est idiomatum seu proprio rum in persona Christi eadem ratio: Quædam enim singularum naturarum propria sunt: quædam personæ propriæ tribuuntur.

D A N. Ineptè, quæ toti personæ Christicō petunt, ad eam communicationis speciem hic refe-

referuntur, quæ communicatio idiomatum nominatur. Nam in iis tantum est, quæ vni cattum naturæ Christi sunt propria, non autem in ijs, quæ vtiique naturæ. Cuiusmodi sunt tamen quæ toti personæ Christi tribuuntur, velut redemptorem nostrum esse. Itaque ipse met. inf. thes. 79. nostram lententiam confirmat, suauem euertit.

84. Quapropter nequaquam hæc proprietatum communicatio physicad dicenda est, quæ alterutra natura, *per se*, & *in se considerata*, subiectum proprietatum alterius naturæ cōstituitur.

87. Quia verò vnio duarum naturarum, in persona τε λόγος non est *essentialis*, aut accidentalis, seu physica, sed personalis, quam vniuersa philosophia ignorat: ideoque Mathematicis, Physicis aut Metaphysicis regulis minimè subiecta: Ideo communicatio quoque idiomatum seu proprietatum non est physica, ut vnius naturæ propria, altera natura per se vel accidens habere dicatur: qua ratione, in natura humana Eutychianismus: in persona autem Christi, Nestorianismus affereretur.

D A N. Inepta est tota ista collectio Iacobi. Nam si essentialia diuinæ Christi naturæ idiomata realiter insunt humanæ seu assumptæ naturæ, quemadmodum vult ipse, vel ut accidēs,

vel ut essentia illi insint oportet. Nihil enim
 istam diuisiōnē effugit Atqui nō insunt hu-
 manæ naturæ ut accidens thes. 84. non item ut
 essentia diuinæ naturæ thes 99. Ergo essentia-
 lia diuinæ Christi naturæ idiomata nullo modo
 insunt humanæ eiusdem naturæ. Et quoniam
 nullo modo insunt, nec insunt. Quod enim
 addit Jacobus, de natura, cui vult illa realiter
 communicari, *per se & in se considerata* sunt me-
 ræ præstigiæ. Nec verba hæc. *Natura per se, &*
in se considerata, significant naturā quum extra
 personam seu vnionem consideratur: aut na-
 turam, cui alterius essentialia idiomata realiter
 communicantur, quas ex suis proprijs natura-
 libusque tantum viribus æstimatur. Verūm siue
 in vnione, siue extra vnionem: siue ex sese,
 & in sese, siue ex donis à Deo supernaturaliter
 acceptis consideretur æstimeturue humana
 Christi natura, nunquam illa essentialium
 Deitatis Christi proprietatum realiter fiet
 particeps, ne fiat & ipsa Deus, id est, ne caro
 seu humana natura esse definat. Quicquid enim
 quoque modo εστιωδῶν θεοτόκος id iωμάτων
 est realiter particeps: illud idem ipsam εστίαν
 θεοτόκος quoque realiter habet, ac participat:
 atque ita sit Deus, ac proinde erit quidam
 factitius Deus, qui tamen verus Deus erit, licet
 idem non sit natura Deus contra quam Paulus
 & Dei

& Dei spiritus per Paulum loquens Gal. 4. vers.
8. affirmat & doceat. Et quis tandem istarum
Iacobe ineptiarum tuarum erit finis?

103. Quæ causa est, ut duplex, ab Aristotele ipsius animæ definitio tradatur: quarum altera, ipsius animæ *essentiam* per suas potentias seu proprietates definit: qua homo dicitur vivere, sentire, moueri, & intelligere. Altera vero, communicationem ipsius cum corpore explicat, qua dicitur *έντελέχεια* corporis physici organici, vitam habentis in potentia.

D A N. Inepta conclusio Iacobi & falsissima. Inepta quidem, quum sic colligit, Dixit Aristoteles animam esse *έντελέχειαν* corporis organici, ergo anima hominis omnia facit per corpus. Nam idem Aristoteles hanc confectionem negat apertissimè, qui quamuis eam animæ definitionem attulerit, tamen manifestè pronuntiat esse quasdam humanæ animæ actiones, in quibus non egeat corpore. Hæc verò eadem conclusio Iacobi est falsissima. Ostendit enim animam hominis esse mortalem, si nulla sit illi etiam in corpore existentis separata tamen à corpore actio.

108. Et diligenter notandum est, quod in scriptura sœpe repetitum legimus. Non dedit tibi Dominus cor intelligens. Item, Dedi tibi cor sapiens & intelligens. 1. Reg. 3.. Quod

nobis interpretentur Iesuitæ & sacramentarij, adeo que omnes Philosophi cùm cor pars corporis sit, non animæ potentia: nec Dominus dicat, dedi tibi animam sapientem aut intelligentem, sed cor sapiens & intelligens.

D A N. Inepta collectio, quum metalepsin & metonymiam (grammaticam & pueris etiam notam phrasin) ignorare se monstret magister Iacobus. Quum enim dicit Dominus, dedi tibi cor intelligens, id est, intelligentiam in corde, ut non intestinum ipsum & membrum carneum intelligat Deus: sed ut sapientia ipsa seu anima sapiens à Deo data intelligatur in isto membro seu oculo hominis insidens. Quanquam quid iam idem suo Aristoteli miser faciet, (quem supra aliquot thesibus tam studiose in suum auxilium contra theses tamen 67. & 68. aduocavit) quum affirmet Aristoteles animam, quæ in cerebro est, intelligere? si verò scriptura doceat eam, quæ in corde potius sedet, id facere.

110. Neque necesse est, ut nobis dicant Iesuitæ aut sacramentarij corporis proprietatem non esse intellectum. Sed respondeant: An Spiritus sanctus impropriè loquatur, aut in schola Entychiana versetur, cum per vocabulum abstractum loquitur, cor hominis non hominem appellans? Et num præter nomen & appellationem sapientiæ nihil cor communicet?

D A N. Planè iam insulsum se declarat iste Philosophus; sed quum sit ubiquitatis defensor, nimirum sibi ubique esse putat licere, & temerè in omnium artium, etiam quas non intelligit, fines inuolare. Itaque iam contra sua superiora scripta ex Theologo Peripateticus seu Aristotelæus philosophus factus sic concludit. *Organis corporis laesis, & perturbatis nihil rationis in homine conspicitur*, ergo hominis ratio est in ipsis corporis membris velut in ipso oculo, aure, & medulla seu nervis cerebri. Quid ineptius dici, scribique à Philosopho, nedum Theologo potuit? Exempli gratia. Abscissa homini lingua & manu, ars scientiaque orandi vel scribendi nulla apparet in homine Ergo ars & scientia orandi scribendique in ipsa lingua insidet ac posita est. Hoc quam stolidè & Sophisticè colligatur, norant Dialectici omnes, non modò philosophi peritiores. Verum philosophum istum, ut, quæ dicit, intelligat quam sint inepta, remittamus ad libros Galeni De Placitis Platonis & Hippocratis.

F I N I S.

OCN 779630773